



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. xxii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

C.  
DE ECCLE. ORDIN. DECR. LIB. II. 52

*Quod illiteratus & aliquo membro imminutus prouehi  
ad sacros ordines non debeat. Cap. XVIII.*

**I**lliteratos quoque, aut aliqua parte corporis imminutos, nullus presumat ad clerum prouehere. Quia nec Gelasii literis carens, sacris esse potest aptus officiis, & vitiosum papae, ca. nihil Deo prorsus offerri, legalia præcepta sanxerunt. Si 16. militer qui seipso abscondunt.

*De filiis concubinarum. Cap. XIX.*

**D**e his qui ex concubinis filios habent, & vxores legi- Ex cœcil. timas, posthabuerunt, & defunctis vxoribus sibi cō- Aurelian. cubinas publicè sociant, id obseruandum censuimus, vt si cap. 10. cut eos, qui iam clerici per ignorantiam ordinati sunt, nō remouemus, ita statuimus ne vterius ordinentur.

*Vt dæmonibus similibusque passionibus irretiti, sa-  
cra tractare non debeat. Cap. XX.*

**V**squeadè sanè comperimus illicita quæq; prorum- Ex epist. pere, vt dæmonibus similibusq; passionibus irretitis Gelasii mysteria sacrosancta tractare tribuatur. Et post pauca: Si papæ ca. corpore sauciatur aut debilem nequaquam sancta contingit 19. re lex diuina permisit, quanto magis doni cœlestis dispē- fatores esse nō cōuenit, quod est deterius, mēte percullos.

*Vt de seruili cōditione, nisi prius à dominis propriis liber-  
tate habeant, nulli ordinentur. Cap. XXI.*

*Ex concil.*

*Triburiæ.  
cap. 25.*

**V**t nulli de seruili conditione ad sacros ordines pro- moueantur, nisi prius à dominis propriis legitimam libertatem consequantur. Cuius libertatis charta ante or- dinationem in ambone publicè legatur, & si nullus con- tradixerit, ritè consecrabuntur. Porro seruus non cano- nicè consecratus, postquam de gradu deciderit, eius sit conditionis, cuius fuerat ante gradum.

*De eadem re. Cap. XXII.*

**A**dmittuntur passim ad ordinē sacram quibus nulla Ex decre. natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui à Leonis pa dominis suis libertatem consequi minimè potuerunt, ad pæ, cap. 1. fastigiū sacerdotij, tanquam seruili vilitas hunc honorem iure capiat, prouehuntur: & probari Deo posse creditur, qui domino suo necdum probare se potuit. Et post pau- G iiiij

D. BYRCHARDI EPIS. VVORMAC.

**ca:** Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuinæ militiz fuerit aggregandus, vt à castris dominicis, quibus nomen eius ascribitur, nullis necessitatum vinculis abstrahatur.

*De bonis illorum qui à dominis propriis libertate donantur.* Cap. XXIII.

*Ex concil.*

*Toleta-*

*no, cap. 2.*

**D**E rebus verò illorum, vel peculiari, quia dominis propriis libertate donantur, vt ad gradus ecclesiasticos promoueri debeant, statutū est, vt in potestate minorum consistat, quicquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere voluerint, an sibi retinere.

*Vt seruus nesciente domino suo ordinari non debeat.*

Cap. XXIV.

*Ex cōcili.*

*Aurelia.*

*cap. 5.*

**S**eruu si absente aut nesciēte domino, episcopo scien-  
te quod seruus sit, diaconus aut presbyter fuerit ordi-  
natus, ipso in clericatus officio permanente, episcopus  
eum suo domino duplii satisfaciōne compenset. Si vero  
episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhi-  
bent, aut eum supplicauerint ordinari, simili redhibi-  
tione teneantur obnoxij.

*De his qui libertatem à dominis suis ita percipiunt, vt  
nullum sibi obsequiu retētent.* Cap. XXV.

*Ex cōcili.*

*Toleta.*

*cap. 73.*

**Q**vicunq; libertatem à dominis suis ita percipiunt,  
vt nullum sibimet in eis obsequium patronus retē-  
tet, isti, si sine crimine capitali sunt, ad clericatus  
ordinē liberi suscipiantur: quia directa manumissio-  
ne absoluti esse noscuntur. Qui verò retēto obsequio ma-  
numissi sunt, pro eo quod adhuc patroni seruituti tenen-  
tur obnoxij, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem  
promouendi, ne, quando voluerint eorum domini, siam  
ex clericis serui.

*De seruis ordinandi secundum ecclesiastica mandata,  
quomodo ingenui fieri debeant.* Cap. XXVI.

*Ex cōcili.*

*Remensi,*

*cap. 1.*

**A**utoritas ecclesiastica patenter admonet insuper  
maiestas regia canonicae religioni assensum præbe-  
vit quēcunque ad sacros ordines ex familia propria pro-  
mouere Ecclesia quæque delegerit, in præsentia sacerdotum  
canonicorum simul & nobilitum laicorū, eius cui sub-  
iectus est subscriptio & manumissione sub libertati  
testamento solenniter roboretur. Idcirco ego Burchardus